Vd
635

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0001-5
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0002-0

h. 5, 43.

V d 635.

Panegyricus in Fridericum Augustum.

Q. F. F. Q. J. E. D!

Ad

ILLIBATÆ PIETATIS PLAUSUS,

de

Singulari NUMINIS Gratia

in

SERENISSIMAM SAXONUM DOMUM,

Anno Superiore,

collatâ,

NOBILISSIMOS

SCHOLÆ CHEMNICENSIS Præſtites & Epoptas,

nec non

REI LITERARIÆ FAVENTES OMNES,

d. 22. Januarii, 9. ſtatim matutinâ auditâ,

M. DC. XCVII.

ACTU MNEMONICO

BREVI SPATIO EXPRIMENDOS

ſubmiſſâ animi veneratione

vocat

M. Godofredus Schulzius,

R.

ÆRE STOESSELIANO.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Q. B. V.
FELICITER
plauſum eſt!
TE,
MISNIA FORTUNATA,
omine circumſtant auſpicatiſſimo
æqvabili plauſu adſtrepentes.
Mirantur
ALBIS, MULDA, SALA
& ſtupent,
qvæ conſurrectio facta,
qvam honorificæ ſalutationes auditæ,
qvot plauſibilis benevolentiæ conſpecta ſigna.
Qvin
defixit ſilentium
ORBEM pæne univerſum,
trahentem ferme in prodigium,
qvam, tacita licet ex parte, ſatis tamen clamoſa & plauſibilis
omnium publicè privatimq́;
percipiatur admurmuratio.
Qvid illæ voluere
Significationes acclamantium lætiſſimæ,
voces conclamantium dulciſſimæ?
PATRIA FELIX ter & amplius,
cauſas ediſſere!
Me flebilis heu! rerum ſpecies,
Me lamentabilis fatorum facies
fregerat, tantum non opreſſerat,
ut nec res, nec ſpes
meis aut ſupereſſe, aut affulgere viſa.
Verum,
DEI BENEFICIO,
extincto metu, ſpes revixit, res rediit.
FOECUNDA MATER me reddidit facundam.
Prolis WITEKINDEÆ
Augmentum
augmento mihi fuit lætitiæ,
diſcusſis animorum nubibus.
Tanta mihi accesſio bonorum facta,
tantus lætitiæ cumulus additus,
ut gaudio pectus compleatur inſatiabili.

Qvâm

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0004-1

Qvàm contraxi frontem,
demiſi vultum,
qvâ fulciendum hærede imperium!
Sed jam explico frontem
ubi

SERENISSIMUS
FRIDERICUS AUGUSTUS

in Sangvine imperat,
in Poſteritate agit ſuperſtes.
O dulces lacrymæ, vitæ novæ auſpices!
O efficaces lacrymæ!
Tacitæ ſunt oculorum voces, & liqvidi vocis oculi.
Sic planctus in plauſus abeunt,
ubi dulces cunæ vagientis Principis
nubila qvæq; animorum ſerenant.
Sed qvis frænos imponet
animo ſecundis rebus geſtienti,
ubi redux ex HUNGARIA
POTENTISSIMUS

PATRIÆ PATER?

Licet enim OTTOMANNICIS
numero impar;
Succeſſu tamen major, *cauſa* fuit melior.
Lugendo abeuntem mens mea triſtis proſecuta;
ille confecit ludendo.
Palmas hoſti eripuit frementi,
AUSTRIÆ conceſſit.
Armis etenim ſociorum ſub vexillum collectis,
tot hoſtias, qvot hoſtes jugulavit.
Agnoſce,
Advena, Convena,
qvantum divinis tribuatur Virtutibus!
Diſſimulare nefas Principis merita:
Impium negare PATRIS PATRIÆ beneficia.
Maximorum in numero ponendus,
qvi CAPITIS tuetur partes,
DEI in terris gerit vices.
Propera, CIVIS,
Supina cui vitio eſt negligentia!
ARAM pone, pietatis ARRHAM.
Namq; FRIDERICUS eſt
AUGUSTUM Auguſto gerens ſub pectore,
AUGUSTUS eſt, Sapientem FRIDERICUM
divino exprimens opere.
C. Octavianum Cæſ. Auguſtum
PATREM cana appellavit Antiqvitas,
non vana adulatione;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0005-6

Vd 635 M

ſed ſanâ ratione,
VIRTUTUM novarum adducta admiratione,
PATREM in-duens mente
qvem magis atq; PATRIS in deliciis ferat titulum?
MAGNI audiant,
FELICES audiant,
Ambitioſæ Majeſtatis qvidqvid poſſunt, alii congerant,
aliis tribuant:
ut dulcisſimum domi Patris nomen,
ſic foris communis Libertatis Stator & Parens gaudet nuncupari.
Non ergo φιλοπέρσης, ut Cyrus:
Non φιλομακέτης, ut Alexander:
ſed φιλάνθρωπος amat dici.
qvoniam nullum omnino hominum
â ſuà credit alienum providentiâ.
Eo nomine
Eoas plagas in occidente,
Heſperias in Oriente tegit, fulcit
Terror Hoſtium,
Spes Libertatis,
Patriæ Subſidium,
Majeſtatis vindex.
Qvotusqvisqve igitur lætos non attollat plauſus?
Illo in Sedes auguſtas reverſo,
rediit Animus, Spes, Salus.
Qvoniamverò non Aulas modo perſonat;
ſed ad infima qvoq; ſubſellia pertinet,
qvæ ſingulis nata ſalus, coorta eſt lætitia;
ad pulpita licebit etiam vocare, & intra Muſarum ſepta
ciere plauſus;
qvum Pietas nullis ſemper locorum temporumq; ſpatiis circumſcripta.
Surgant itaq; in umbra plauſuri
I. Godofredus Henricus Gricbe/ Dresd. Miſn.
Ad Pietatem Serenisſimo probandam exhortans.
II. Martinus *Hüblerus* Chriſtiani Fl. Chemn. Miſn.
Miſniam ex Partu Principis Deſideratiſſimo tripudiantem inducens.
III. Emanuel Henricus *Garmannus* Chemn. Miſn.
Lætitiam ex reditu Serenisſimi ex Hungariâ exprimens.
IV. Martinus *Hüblerus*, Balthaſaris Fl. Chemn. Miſn.
Lætisſima Principis multo defuncti diſcrimine Soteria celebrans.
V. Godofredus *Hoffmannus* Chemn. Miſn. Ἀγαθὸν ἄ δρα
τετράγωνον, agmen clauſurus, Principi applicans.
Qvi ingeminant plauſus, plauſus captant
bonæ indolis, expectationis claræ Adoleſcentes.
Ut ſint itaq;
circumfuſa undiq; plaudentium roſtra,
LL. BB.
SERENISSIMÆ DOMUI PLAUDITE,
Muſis favete!

Ac

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0006-2
DFG

ULB Halle 3
004 823 737

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0008-3

li. 5, 43.

V ∂ 635.

Panegy... ...stum.

ILLIBA...

Singu... ...ia

SEREN... SAXO-

NU...

SCHOLÆ CHE... ...ptas,

REI LITE...

d. 22. Jan...

A...

BREVI S...

subm...

M. God...

ÆR...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-31745-p0009-2